

2. Secondo. 112

K-VI-6

Generosa Domine

I

Generosa Domine Lukasculius.

Princeps

GENES.

Opuscula in his Miscellaneis sub IV<sup>o</sup>

contenta sunt.

1. Carmen gratulatorium in laudem Ing. Adol. ab Al. Deoyen. Crac. 1630
2. Debitum pretatis Ad. et Iac. Vitellio a Joach. Spernowic. Crac. 1638
3. Aurora natalium M. ac M.D. Adam. Hieron. Sieniawski. Lub. Stan. Gospodowski. 1638
4. Hellanodice virtutum quam cum fide &c. opera Joach. Spernowic. Crac. 1638.
5. Elisei Aurimontani ad Dani. canos bellum et arma circumspicientes Epist. 1638.
6. Vindiciae p. Cornelio Jelito a Nicol. Sluszkowski Convictioris opposita Crac. 1638.
7. Arcos Sarmatici, quæ gener. Inv. ab Al. Samborski monstra. Crac. 1638.
8. Nubes Hippocratis Crac. Doct. Ivo Andr. Wolfowic a Thom. Canewesi dic. Crac. 1638.
9. Icon Virtutis et laboris interadversorum beli Ven. ac Dec. D. a Ni. Tatouy Crac. 1638.
10. Pictas eruditæ seu oratio de nostra pietate cum gradi. Joan. Al. Paris. Crac. 1638.
11. Tiara Episcopalis M. ac D. Andr. Glbicki Epis. ducor a Daniel. Otrebusz. Crac. 1638.
12. Leon herouli virtutis Gen. ac M. Joan. D. Ghentiski a Joan. Cynerski. Crac. 1639
13. Colosous immortalitatis Jes. ac Pot. Vlad. IV. a Baltas. Stan. Prusluki. Lublini. 1638.
14. Feliz Luceon in primo ac solenni ordo. Gentibk. Et. Balt. Et. Prusluki. Lublini. 1639
15. Planctus in obitu M. ac D. Tecla in Olka. Quip. a Balt. Stan. Prusluki. Vars. 1637.
16. Neria na smierci nieśmiertelna Andrzeja Jaklin. hiega. Krak. 1638 p. M. H. R.
17. Crocama pietatis ad festu nuphale dr. a Joan. Cynerski.
18. Sacrebus couale int' insig. et perfidum Marcum Riddum. Decretus. Cr. 1636.
19. Aureus Thonis Sarmatii tripos a Ludov. Christoph. Miller. Crac. 1638.
20. Minerva plaudens in Aula D. Jagiellonis ab Adamo Nowakowski. Cr. 1638.
21. Dona Gratiarum Ven. d. Mari. Stan. Wolfowic. p. Valerianu. Alnpeki Cr. 1638.
22. Soia præsarciona ziemie do miedza u Kaz. pogr. Mikol. Laurinowic. T. Kr. 1638.
23. Metamorphosis Apollinis et novæ Musæ a Joan. Nicol. Gajerski. Crac. 1637
24. Urna iuvis M. d. Stan. Lubomirsk. Et. Joachim. Spernowic. Crac. 1638.
25. Stephanion Studii Philosophici Ad. d. Lub. Stan. Gospodowski. Crac. 1638.
26. Palma felicitatis el. ac dicit Otto Andr. Wolfowic a Joan. Grynwaldt. Crac. 1638.
27. Gratulatio M. ac D. Stan. Grochowsk. Et. Ch. p. Leop. a Mathia Glboci. Cr. 1635.
28. Echopædia seu in verba rerum Sud. Acad. Ortho a Steph. Niszczyci. Cr. 1638.
29. Gratia nuphalea Cl. et Lsc. D. Stan. spinet dr. a Joan. Cynerski. T. Zebrowski.
30. In Occusum Jes. Pot. inrich. Irina. Vlad. VI. & c. Head. Tam. vesc. volum. 1634. Petrus.
31. Jappes volum p. felici et exopt. inculum Adam. Opaloni a Joach. Spernowic Cr. 1638.

Auctores

Alnpeki Valerian. 21.	Millerus Ind. Christoph. 19.
2. continentia Elisej. 3.	Niszczyci. Steph. — 28.
1. Anonymus. 16. 10.	Kowalcowski Adam. 20.
Canewesi Thomas. 2.	Gospodowski Stanislaus 3. 25.
Cynerski Joanna. 17. 1729.	Ostebius Daniel. 11.
Deoyen Albert. 1.	Pans Joan. Albert. 10.
Tatouy Nicol. 9.	Dr. Selski Baltas. Stan. 13. 14. 55.
2. Glbicus Mathias. 27.	Jamborski Albert. 7.
3. Gajewski Nicolaus. 23.	Sowikowski Nicol.
Grynwaldt Joann. 26.	Spernowic Jordiun. 2. 4. 24. 31.
Laurinowic Mikolaj Francis. 22 Jan. 21.	Zrebinski Petrus. 30.

(24)

# GRATIÆ NVPTIALES,

*Clariss<sup>mo</sup> & Excellentiss<sup>mo</sup> Domino,*

D. STANISLAO SPINEK  
PHILOSOPHIÆ ET I. V. D.  
CONSVLI CRACOVIEN.

E T

*Lectissimæ Virgini,*

# HEDVIGI NAIMANOVICIAE

*Clariss: & Consultiss: Domini,*

D. CHRISTOPHORI  
NAIMANOWIC,

Medicinæ Doct: ac Profess: Consulis Cracouien:

F I L I A E.

A

M. IOANNE CTNERSKI RACHTAMOVIO, C.M.

Boni ominis & honoris gratiâ productæ.

# Plutarchus in Coniugalibus præceptis.

**A**ntiqui Mercurium iuxta Venerem colloca-  
bant, ut ostenderent matrimonij voluptatem,  
maximè Oratione indigere: itemq; Suadum  
et Gratias, ut docerent, Coniuges liberalis  
formæ et gratiæ, quæ vellent impetrare de-  
bere persuadendo. Inde Solon iubebat Spon-  
sam cum Sponso, in thalamo manducare ma-  
lum Cydonium, innuens eare primam, quæ  
ore et voce initur, gratiam concinnam debe-  
re esse, et suauem.

# EUPHROSINA.

**G**audete Musæ, progenies Louis,  
**G**audete Musæ, cultaꝝ; carmina,  
Sacrata per Pindi vireta,  
Et socium geminate montem.  
Ecce ecce Vestri gloria Nominis,  
Ecce ecce Legum Iuris & arbiter,  
Poloniæ per vniuersam  
Cognitus, ille SPINECCVS Vnam  
Nympharum, amænos in thalamos sibi  
E Gente duxit NAIMANOVICIA;  
In Vrbe Craci quæ potentes  
Condecorat meritis Quirites.  
Laboriosa hic præmia frontium,  
Hic laureas & Consociabiles,  
Fascesq; sceptræq; & sereni  
Imperium posuit Lycæi,  
Prudens Apollo. Hic Pythagoræ Senis  
Ludunt phalanges, docta per atria;  
Ludunt Galeni comprobatae  
Innumeris numeris Salutes.  
Lamenta, morbi, squallor & improbus  
Dolorque, stridorque, & gemitus graues

Luctusque turpis, hinc perenni  
Exilium patiuntur ævo.  
Videtis omnis turba minor pedum,  
Quam Astræa virgo præsidio fouet,  
Hinc gratiam, famamq; fortem  
Præsidiumque sibi aucupatur.  
Fastus Camænis, liuor & impotens  
Focisque sacris, bella minax dabat.  
Nec libero Pax in Lycæo  
Nec requies fuit vlla in Vrbe.  
Tormenta Sacratum in Capitolium  
Vibrabat hospes. ( Sic pietas furit ! )  
Et Ciuibus nimis proteruum  
Opprobrium ambitio parabat.  
Vidit Cometas Sanguineâ Comâ  
Latè minaces; Cassiopen quoque  
Nouo igne & inuiso tumentem  
Vrbis in exitium vniuersæ  
Afficta plebes. Sanguine libero  
Polluta tellus ! proh dolor ! ah dolor !  
Ructat furorem, Erynniasque  
Orcus atrox, scelerumq; causas:  
Luna obstetricie ! heu viuere iam pudet !  
Iras & enses stringimus inuicem.

Inau-

Inauspicatis, verberamus  
Cedimur inque vicem, sagittis.  
Cadmaea quondam sic vice mutua  
Gens se cecidit, sed cecidit simul,  
Cum dente nata viperino  
Nata simul, simul arma sumpsit.  
Vani futuri temporis augures,  
Hinc verba rauco prostituunt foro;  
Hinc mentis almæ perduelles  
Fædere fasque nefasque iungunt.  
Assurge dextrâ fortior Hercules,  
Vides ut Athlas pondere pressior  
Succubbit alto. Tu memento  
Officij officiosioris.  
Deuota cœlo pectora Confono  
Assueta magnis ire laboribus  
Non fata terrent; quin Coruscas  
Frontibus accumulant Coronas.  
Perauspicatæ munera Palladis  
Iniuriosos effugiunt dolos:  
Nec horret instantes ruinas  
Nec timet arbitrium pepelli  
Insanientis more proteruiæ  
Infracta virtus, & pia veritas:

Vt cunque fortunam duello  
Circinat arbitrium Superbum.  
Conatus Gens N A I M A N O V I C K A  
Tuis parauit sic quoque adoreas.  
Arx veritatis Sanctioris.  
Te penes arbitrium reposum est  
Defensionis. Viuite prodromi  
Æquique Iustique auspicijs bonis  
Fratres : Olympi fulcra nostri ,  
Præsidium & decus expetitum.  
Tu Sponse gaude magna simul pixe  
Hinc gloriae ad Te portio pertinet ;  
Fauentias , Lubentiasque  
Virginis inde capesse Sponsæ.

## T H A L I A .

**H**Vc tandem Comites , lepos , venustas ,  
Ludi , delitiæ , sales , Amores ,  
Ioci , blanditiæ , facetiæque ,  
Huc accedite. Sed simul modesta  
Verecundia , Sanctitas , Fidesque ,  
Et Candor , Pietas , Salusque fortis ,  
Et Concordia , Veritasque Honestasque  
Et simplex probitas , Serenitasque

Huc se

Hûc se se ad thalamum ferant paratum.  
Postquam delitiæ aduolastis omnes,  
Postquam ludicra liberaliora,  
Postquam multifidæ suauitates,  
Charitum Comites, Cupidinumque,  
Nunc vos ludere, nunc iuuat iocari.  
Ut præsens simul est puerus ille,  
Ille flammigero ore, nesciensque  
Loco stare, volans citò, pauens nil,  
Dulcibus lachrymis madens, cachinnans  
Sima nare, loqui usq; quaque certans,  
Expugnansque viros face & sagittis  
Oppugnansque tenellulas puellas.  
Non vos iam decet amplius morari;  
Libertas iubet hoc Venusque Amorque.  
Boni namque fauent, & usque, & usque  
Parentes, bona cuncta comprecantur,  
Hospitumque cohors, & usque, & usque,  
Sponsis nunc bona cuncta comprecatur.  
Pungat Spina rosam venustiorem;  
Gaudetique sua parente flores,  
Flores purpureique blandulique.  
Quot cœlum facibus micat serenum,  
Quot ver arboribus eomas refundit,

Quot

Quot tellus Zephyrō soluta flores,  
Per campos reparat benigniores;  
.Estas quot subit & premit calores;  
Autumnus folijs quot & caducis  
Quot pulchris quoque fructibus superbit;  
Et quot nimbigeris Hyems pruinis;  
Et quot Vandalus æstuat procellis  
Cùm nascens pluuias reportat Hædus;  
Tot vos nunc maneant amænitates,  
Tot vos gaudia, tot beatitates,  
Et tot prosperitatis innocentis  
Dotes, sæcula totque firma vitæ,  
O Sponsi recreare vtramque Gentem  
Vt propagine possitis venusta.

## A G L A I A.

**T**Andē vesper adeſt, o Iuuenes surgite, surgite,  
At vos ante fores nunc pueri ludite, ludite;  
Omnes vos nucibus perstreperis ludere conuenit.  
Sed tu Virgo veni, Sponsus adeſt, Sponsus amabilis  
**S P I N E K** ille tuus bländidulus, dulciloquus venit:  
Iam ſe poſſe negat per latebras eſſe diutiūs.

Tune

Tu ne quæsieris (scire nefas, velle tamen tuū est)  
Intus quid facias: namq; Parentes bona præudent  
Et te posse iubent, ire viam depropero gradu  
Castos ad thalamos. Ad thalamos, Ocyus, ocyùs  
Virgo depropera: Sponsus adest Confociabilis.

Fælix Connubij forte caput qui imposuit iugo,  
Nec sperat cupidus, sed fruitur; nec pauidus timet  
Sed securus habet, delitias pectoris intimi.  
Non illum vacuâ, Gnydia atrox, lusit imagine,  
Non coxit miseras, nocte die, sollicitudines.

Ixion simulachrum arripuit, impatiens moræ,  
Iunonis gremiū dum ambit inops, perditus, impius:  
Immani inde rotâ se sequitur, seque fugit miser.  
Solis passa fuit Nympha iocos; hæc Iouis oscula,  
Obscuro thalamo, lætitiam dissimulans suam.

Tandē intrato fores iā thalami, Virgo benignior,  
Has intrato fores, Cecropij mellis odoribus  
Flantesq; ambrosiam, dulce crocum, & cynnama,  
cum rosis,  
Spirantes violas, nectar olens, lilia suâvia.

At tu filiolam, rēdde Viro, delitium tuum,  
Fælix ô genitrix; Tuq; Pater, dulce decus meum,  
Qui me non meritum, quiq; meas s̄epè iuuas Deas,

B

Semper

Semper quicq; viris ingenuis, atque pijs faues,  
Præfertim inuida quos pauperies opprimit acriter.


Iam iam Spōsus adest, ô Iuuenes, surgite, surgite,  
Intus Sponsus abiit, Virgoque abiit, plaudite,  
plaudite,

Vt per præcipites vox plateas impete difluat.  
Concordes paribus, Sponsi animis, Viuite,  
Viuite.

Tandem Vesper adest, ô Iuuenes, surgite,  
surgite.

Vestrar atq; domos Vnanimis pergite, pergite.





6

H.- 3



818864 Bibliotheca 28000-  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



03947

K.VI.6

